


JOHANNIS PISCATORIS
C O M M E N T A
R I O R U M
I N
O M N E S L I B R O S
V E T E R I S T E
S T A M E N T I

Tomus Tertius:

*Quo continentur libri poëtici,
scilicet*

LIBER JOBI.
LIBER PSALMORUM.
PROVERBIA SALOMONIS.
ECCLESIASTES.
CANTICUM CANTICORUM.



HERBORNÆ NASSOVIORUM:
M. DC. XLIV.

- I.** **A**N venari potes inmanibus leonibus prædam? aut catervam juvenum leonum explere potes?
- 2 Quum incurvant se in atris suis; confident in tugurio ad insidias?
- 3 Quis comparat corvis escam ipsorum. Quum pulli eorum ad Deum fortem vociferantur: aberrantibus penuria cibi?
- 4 Possine noscere tempus quo pariant rupicapra? quo enituntur cervæ observari?
- 5 Numeros menses quos complent? noscas tempus partus earum?
- 6 Ut incurvent sese, pullos suos edendo dissecant se; dolores suos emittant?
- 7 Revalescant nati earum, crescant per agrum: egressi non revertantur ad eas?
- 8 Quis dimisit ferum animal liberum: & lora onagri quis solvit?
- 9 Cui dispositi campestria pro domo ejus; & pro habitaculis ejus salsuginosam terram.
- 10 Ridet multitudinem urbis; fragores exactoris non exaudit.
- 11 Exploratum in montibus est pascuum ejus: & post omnem viriditatem inquirat?
- 12 An volet unicornis servire tibi? pernoctabitne ad præsepia tua?
- 13 An ligares unicornem ad arationem densi fune ejus? occurreretne convallibus post te?
- 14 An fides ei, quia multa est vis ejus? aut relinques ei laborem tuum?
- 15 Credesne ei relaturum esse se mentem tuam; & in aream tuam collecturum?
- 16 Alamne pavonum exultandam, an pennam ciconia, aut struthiocamelo dares?
- 17 Qui relinquit terra ova sua: & in pulvere calefacit ea:
- 18 Oblitus pedem compressurum esse illud, & bestiam agrestem proculcaturam illud.
- 19 Deus torrefaciens excludit pullos ejus aliena opera; propter vanitatem laboris ejus ex incuria:
- 20 Quia destituit eam Deus sapientia; neque impertitus est ei istam intelligentiam.
- 21 Quo tempore in excelsum extollit se; ridet equum & sessorem ejus.
- 22 Daresne equo robur? an indueres collum ejus tonitru?
- 23 An tremefaceres eum sicut locustam? gloriam ronchi ejus terrore?
- 24 Fodiunt pedes in convalle, & latatur præ virtute; prodians obviam armis.
- 25 Ridet pavorem, neque consternatur; neque revertitur metu gladii.
- 26 Contra se sonante pharetra; splendente hasta & lancea.
- 27 In fremitu & commotione fodis terram, neque consistis firmus, quum sonus tubæ edicitur:
- 28 Ad sonum tubæ dicit, Ha ha he, quum è longinquo adoratur bellum; tonitru principum, & vociferationem.
- 29 An ex intelligentia tua pennis utitur accipiter? pandit alas suas versus austrum?
- 30 An ad præstitutum tuum altum petit aquila? an ceret attollet nidum suum?
- 31 Rupē inhabitat & immoratur in scopulo rupis & munitione:
- 32 Unde pervestigat cibum; in longinquum oculis ejus intuentibus.
- 33 Etiam pulli ejus sorbent sanguinem; & ubi sunt confossi, ibi est.
- II.** 34 Deinde respondens Jehova Ijobo, dixit:
- 35 Satine contra omnipotentem contumacem esse quenquam? increpator Dei respondeat ad istud.
- 36 Itaque respondens Ijob Jehovæ, dixit:
- 37 En, vilis sum, quid responderem tibi? manum meam apponam ad os meum.
- 38 Semel loquutus sum: sed non respondebo: aut iterum, sed non pergam.

- A**N venari potes vetulo leoni prædam? aut appetitum juvenum leonum explere potes?
- 2 Quum incurvant se in lustris suis: quum manent in tuguriis suis ad insidias?
- 3 Quis parat a corvo escam suam, quum pulli ejus ad Deum vociferantur: quumq; oberrant penuria cibi? Psal. 147.9. Matth. 6.29.
- 4 Nostine tempus quo pariant rupicapra? an tempus quo parturiunt cervæ observasti?
- 5 An numerasti menses quos complent? & nostine tempus quo pariant?
- 6 Nostine tempus quo incurvant sese, & pullos suos cum diffisione enituntur, & dolores suos emittunt?
- 7 Nihilominus revalescunt nati earum, crescunt ex frumento: egressi non revertuntur ad eas.
- 8 Quis dimisit onagrum liberum? & lora asini sylvestris quis solvit?
- 9 Cujus domum posui campestria, & habitacula terram salsuginosam.
- 10 Irridet strepitum urbis: fragores exactoris non exaudit.
- 11 Id quod investigat in montibus, est pascuum ejus: & omnia viridia inquirat.
- 12 An volet monoceros servire tibi? pernoctabitne ad præsepe tuum?
- 13 An ligares monocerotem ad arationem densi fune ejus? occurreretne sulcos post te?
- 14 An confides in eo, quia magnæ sunt vires ejus? aut relinques ei laborem tuum?
- 15 Credesne ei, relaturum esse sementem tuam, & in aream tuam collecturum?
- 16 An fecisti alam pavonum exultandam? an pennam ciconia aut struthiocameli?
- 17 Quum relinquit ille in terra ova sua, & in pulvere ea calefacit:
- 18 Obliviscitur pedem compressurum esse illa, & bestiam agrestem conculcaturam illa.
- 19 Obdurat se erga pullos suos, quasi non essent sui: in vanum abis labor ejus ex vacuitate pavoris.
- 20 Quia destituit eum Deus sapientiâ: neque impertitus est ei de intelligentia.
- 21 Quum tempus est, in sublime extollit se: irritidet equum & sessorem ejus.
- 22 An dare potes equo robur? an induere potes collum ejus tonitru?
- 23 An tremefacere potes eum, sicut locustam? Imò magnificentia ronchi ejus terrore est.
- 24 Fodiunt pedes ejus in scrobe, & latatur propter vires: prodit obviam armis.
- 25 Irridet pavorem, neque consternatur: neque revertitur metu gladii:
- 26 Quum contra ipsum resonat pharetra, item lamina hastæ & lanceæ.
- 27 In fremitu & commotione absorbet terram: neque consistit firmus, quum sonus tubæ resonat.
- 28 Quum tuba clarè sonat, dicit, Euge: & è longinquo odoratur ptælium, tonitru principum & jubilationem.
- 29 An ex intelligentia tua volat accipiter? pandit alas suas versus Austrum?
- 30 An ad mandatum tuum altum petit aquila? & sitne ex mandato tuo, quod in alto ponit nidum suum?
- 31 In petra habitat & pernoctat: in scopulo rupis & arcium.
- 32 Inde pervestigat cibum: in longinquum oculi ejus intuentur.
- 33 Et pulli ejus sorbent sanguinem: & ubi sunt confossi, ibi est.
- 34 Præterea respondens Jehova Ijobo, dixit:
- 35 An is quis contendit cum omnipotente, erudiet eum? Qui increpat Deum, respondeat ad istud.
- 36 Itaque respondens Ijob Jehovæ, dixit:
- 37 En vilis sum: quid responderem tibi? Manum meam apponam ad os meum.
- 38 Semel loquutus sum, sed non respondebo amplius: aut iterum, sed non pergam.

ANALYSIS CAP. XXXVIII. ET XXXIX.

DUobus his capitibus continentur duo: oratio Dei ad Jobum, à v. 2. capitis 38. usque ad v. 34. capitis 39. & responsio Jobi, duobus ultimis versib. cap. 39. Oratio Dei ad Jobum, tribus constat partibus: exordio (quo continetur propositio) confirmatione & epilogo. Exordium continetur v. 2. & 3. capitis 38. Confirmatio incipit v. 4. capitis 38. & continuatur usque ad v. 34. capitis 39. Epilogus continetur v. 35. capitis 39.

Porro v. 1. cap. 38. continetur transitio historica, qua indicatur locus unde Deus hanc orationem habuit, itemque adju-

ctum adhærens & orationem proximè antegrediens: quæ ambo indicantur unicâ voce, ubi Deus dicitur loquutus è turbine, id est, è nube è qua erupit turbo seu ventus turbineus. Sententia propositionis quæ exordio continetur, est hæc: Querela tua, Jobe, de mea flagellatione qua te flagello, est injusta. Hæc sententia enuntiatur duobus modis: primum per objurcationem Jobi, v. 2: deinde per permissionem ligandi, v. 3.

Argumentum quo Deus propositionem illam confirmat, est hoc: Tu Jobe, me longe es inferior: quippe neque potentia, neque sapientiâ, mecum comparandus. Ergo injustè mecum expostu-

expositi, conquerebantur nimirum de mea tui flagellatione. Huius enthymematis antecedens amplificatur enumeratione operum quorundam Dei, à quibus infinita ejus tum potentia tum sapientia elucet: & in quibus efficiendis Jobus nullam potentiam vel existerentiam, vel existerere potuerit, aut adhuc possit; item quantum conditionem seu rationem ipse ignoret. Ea opera sunt 31: (1) creatio terræ, cap. 1. v. 4, 5, 6, & 7. Item v. 17. & 18. (2) creatio maris, v. 8, 9, 10, & 11. Item v. 16. (3) gubernatio Solis ad efficiendum diem, v. 12, 13, 14, & 15. (4) creatio lucis, v. 19, 20, & 21. (5) creatio nivis, v. 22. (6) creatio grandinis, ibid. & v. 23. (7) creatio fulguris, v. 24, & 35. (8) creatio Euri, ibidem. (9) creatio pluviz, v. 25, 26, 27, & 28. Item v. 34, 37, & 38. (10) creatio rosis, v. 28. (11) creatio glaciæ, v. 29, & 30. (12) creatio pruinz, v. 29, (13) gubernatio siderum ad efficiendum quatuor anni tempora, v. 31, & 32. (14) gubernatio cæli, v. 33. (15) creatio intellectus humani, v. 36. (16) creatio stellarum, v. 37. (17) gubernatio leonum, cap. 39. v. 1, & 2. (18) gubernatio corvorum, v. 3. (19) gubernatio rupicaprarum, v. 4. (20) gubernatio cervarum, v. 4, 5, & 6. (21) gubernatio hinnulorum, seu juniorum cervorum cervarumve, v. 7. (22) gubernatio onagri, v. 8, 9, 10, & 11. (23) gubernatio monocerotis, v. 12, 13, 14, & 15. (24) creatio pavonum, v. 16. (25) creatio ciconiz, ibidem. (26) creatio struthiocameli, ibid. (27) gubernatio ejusdem, v. 17, 18, 19, 20, & 21. (28) creatio equi, v. 22. (29) gubernatio ejusdem, v. 23, 24, 25, 26, 27, & 28. (30) gubernatio accipitris, v. 29. (31) gubernatio aquilæ, v. 30, 31, 32, & 33. Porro ex his Dei operibus quædam uno tantum verbo attinguntur, alia & quidem pleraque plenius atque fufius explicantur: quas explanationes deinceps considerabimus.

Primum igitur creatio terræ partim illustratur, partim amplificatur. Illustratur similitudine ædificationis domus: eaque ædificatio declaratur per partes numero quatuor. Eæ sunt: (1) fundatio, v. 4. (2) dimensio, v. 5. (3) collocatio basium, v. 6. (4) collocatio lapidis angularis, ibid. Atque sic creatio terræ illustratur. Amplificatur autem partim ex effectu, videl. læticia angelorum, v. 7: partim ex adjunctis: quæ indicantur duo: videl. inclusa caligatio, v. 17. & latitudo, v. 18.

Deinde creatio maris illustratur & amplificatur partim à simili, partim ab adjunctis: quæ ipsa quoque à similibus illustrantur. Ad simile quod attinet, creatio maris comparatur partim seu nativitate animalis, qua prodit ex utero materno, v. 8. Adjuncta maris enumerantur quinque. Eæ sunt: (1) cohibitio illius recens creati, ne diffunderet, sed in suo spatio circa centrum sese contineret: quæ cohibitio significatur per simile, videlicet occlusionem per valvas, v. 8. (2) circumscriptio nubis caliginosæ: quæ nubes illustratur simili duplici: comparatur enim indumento, & fasciis quibus involvitur infans, v. 9. (3) collectio in alveos terræ, quum antea totam terram circumfluere, v. 10. (4) cohibitio intra alveos suos: quæ cohibitio illustratur simili duplici. Comparatur enim primum vesti & valvis, v. 10: deinde mandato ad mare pronuntiato, v. 11. (5) profunditas, v. 16. Atque sic tractatur creatio maris.

Gubernatio Solis ad efficiendum diem illustratur partim à simili, partim ab effectis. Ad simile quod attinet, gubernatio illa comparatur mandato quod Deus pronuntiet ad solem, quoque jubeat illum oriri, v. 12. Effecta indicantur quatuor. (1) exclusio improborum à terra, v. 13. (2) aspectus figuratum in superficie terræ: quæ figuræ significantur similitudine figuræ à sigillo in argillam impressæ, v. 14. (3) cohibitio improborum à patrandis scelibus: quæ cohibitio significatur similitudine indumenti quo velatur facies, v. eodem. (4) punitio improborum, qua eis & honor & potentia adimitur, v. 15. Atque sic tractatur gubernatio solis.

Creatio lucis declaratur à subiecto loco, sed per *παῖσιν*, id est, fictionem: qua fingitur lucem cæto aliquo loco, hominibus ignoto, contineri: unde à Deo in mundum producta sit. Quo ipso innuitur, lucem à Deo creatam esse per ipsius potentiam, v. 19, 20, & 21.

Creatio grandinis illustratur ex fine seu causa finali, videl. ut per eam damno afficiantur homines, v. 23.

Creatio pluviz illustratur & amplificatur sex modis. (1) à simili, quatenus pluvia comparatur aquis labentibus per tubos, v. 25. (2) à subiecto loco, quod cadat etiam in loca deserta, v. 25, & 27. (3) ab effectis, quæ indicantur duo, (1) productio teneræ herbe, v. 27, & (2) terre per siccitatem diffusæ conglutatio, v. 28. (4) ab efficiente, quod careat patre, v. 28: quo ipso per tacitam antithesin innuitur, quod creetur à Deo. (5) à materia, videl. nube, v. 34, & 37. ubi nubes significatur periphrasi à simili, quatenus comparantur lagenis. (6) à contrario, videl. ex ferocitate cæli: quæ significatur voce metaphorica sapphirmi coloris, v. 37.

Gubernatio leonum declaratur per eorum cibationem, c. 39. v. 1. Illa autem cibatio declaratur à causa instrumentali, videl. acquisitione prædæ, v. 2.

Gubernatio corvorum declaratur similiter per cibationem eorum. Illa autem cibatio declaratur à causa impulsiva quæ Deum movere ad illam, videlicet à fame corvorum: quæ ipsa famæ declaratur à duobus effectis, videlicet erocatione & circumvolitatione, v. 3.

Gubernatio rupicaprarum declaratur ex adjuncto partu: qui ipse partus declaratur partim ex adjuncto tempore, partim à subiecto loco, v. 4.

Gubernatio cervarum declaratur item ex partu: & partus ille declaratur partim ex adjuncto tempore, v. 4, & 5: partim ex forma seu modo agendi, v. 6.

Gubernatio hinnulorum declaratur ex adjunctis tribus: revalescentia, incremento, & vagatione atque desertione matrum, v. 7.

Gubernatio onagri declaratur quatuor modis: (1) ex adjuncta libertate, v. 8. (2) à subiecto loco habitationis, v. 9. (3) ex effectu, videlicet contentu dominationis, v. 10. (4) ex obiecto cibo, v. 11.

Gubernatio monocerotis declaratur ex effectu, videlicet contentu dominationis. Domatio autem illa declaratur per partes tres. Eæ sunt: (1) alligatio ad præsepem, v. 12. (2) adhibitio ad operas rusticæ, puta ad arandum & occandum, v. 13. (3) adhibitio ad gestandum aut vehendum onera, puta fruges demessas, v. 14, & 15.

Creatio pavonum declaratur ex adjuncta pulchritudine alarum, v. 16.

Creatio ciconiz & struthiocameli declaratur ex adjuncta pulchritudine pennarum, ibidem.

Gubernatio struthiocameli declaratur ex effectis tribus: videlicet neglectu ovorum, v. 17. & 18: astorgia erga pullos, v. 19. & contemptu venatoris, v. 21. Porro astorgia illa declaratur à causis duabus: vacuitate metus, v. 19. & vacuitate intellectus, v. 20.

Creatio equi declaratur ex adjuncto robore, & ex effectu, videlicet hinnitu, v. 22.

Gubernatio equi declaratur ex adjuncta animositate. Animositatis autem illa significatur ex effectis quatuor. Eæ sunt: (1) quod non terretur: quod effectum illustratur dissimili, v. 23. (2) quod spirat per nares & ronchos ducit, ibid. (3) quod pedibus fodit terram, v. 24. (4) quod alacriter obviam it armis ad auditum tubæ, v. 24, & seqq. usque ad 29.

Gubernatio accipitris declaratur ex effectu, videlicet volatu, v. 29.

Gubernatio aquilæ declaratur quatuor modis: videlicet ex effectu, subiecto recipiente, adjuncto inhaerente, & subiecto occupante. Effecta commemorantur tria: volatus, v. 30. nidificatio, ibidem & inquisitio esæ, v. 31. Subiectum recipiens est locus habitationis, v. 31. Adjunctum inhaerens est acumen visus, v. 32. Subiectum occupans, est cibus, v. 33. Atque sic tractatur confirmatio.

Epilogus non annectitur sermoni continenter, sed interposita transitione historicâ: id quod indicio est, ante illius additionem spatium cogitandi & respondendi concessum fuisse Jobo: eo autem tacente, epilogum fuisse additum. Continet autem epilogus duo membra: illationem conclusionis, v. 35. & provocationem Jobi ad respondendum, ibid. Illatio conclusionis enuntiatur verbis generalibus, quibus significatur fore ut Job non obtineat causam: ac proinde fatendum ei fore quod injuste de flagellatione Dei conquestus sit. Haftenus de priorum duorum istorum capitum parte, videlicet de oratione Dei ad Jobum habitâ.

Pars posterior, videlicet responsio Jobi, continet duo membra: videlicet confessionem, quod causâ ceciderit, v. 37. & promissionem silentii, quod scilicet nolit amplius de flagellatione Dei conqueri, v. 37. & 38.

SCHOLIA IN CAP. XXXVIII.

TAndem] *Heb. Et sensu bene expresso. Sequitur enim nunc post strepitum actus huius controversiæ, quæ Jobo cum quatuor amicis ejus intercessit, nempe sententia judicialis ab ipso supremo iudice Deo pronuntiatâ. E turbine] E nube turbina, id est, à qua turbo prodibat: ad præparandum scilicet Jobum tum amicis ejus ad attentam auscultationem loquenti Dei. Similia exempla vide 1. Reg. 29. v. 11. Ezech. 1. v. 4. Dicens] *Heb. Et dixit.**

2. Quis est &c.] *Quasi dicat, Quis est vobis est &c. Nonne tu Job es? Qui obtinebat consilium &c.] Periphrasis Jobi ex facto recente: quia continetur objurgatio Jobi, ac proinde propositio huius sermonis, quasi dicat, Sermones tui, Jobe, quibus de mea tui flagellatione questus es, atq. ita consilium meum inscite obtinebrasti, injusti sunt. Consilium] Scilicet Dei. Synecd. generis. Id est, arcana iudicia quæ Deus in homines exercet. Metonymia efficientis. Inscite] *Heb. absq. scientia.**

3. Accinge nunc ut vir lumbos tuos] *Id est, compara te ad litigandum mecum: id quod aliquoties jam exoptasti. Metaphora à certaminibus corporeis. nam prælio congressori populi illi orientales, qui vestes promissas gestabant, vestes succingebant. Vide 1. Reg. 20. v. 11. Notum fac mihi] Ironia. Quasi dicat, Minime poteris mihi notum facere quod tu interrogavero.*

4. Ubinam eras &c.] *Quasi dicat, Nusquam eras: ac proinde non eras. Quum fundarem terram] Id est, quum crearem terram, pro fundamento ei ponens centrum, id est, nihilum. Vide supra cap. 26. v. 7.*

5. Disposuit] *Heb. posuit. Mensuras ejus] Puta circumferen-*

tiam seu latitudinem, & diametrum seu profunditatem. Quandoquidem scitus es] Verto, Quandoquidem nosti. Rursum ironia. In ea] Verto, super eam. Quis extendit super eam regulam] Scilicet ut iustam adipsiceretur proportionem atq; pulchritudinem.

6 Cui rei &c.] Heb. Super quid bases ejus demersae sunt? Hac omnia dicuntur per metaphoram ab edificio domus: ad notandum terra stabilitatem. Lapidem angularem ejus] Heb. lapidem anguli ejus. Ubi uterq; genitivus regitur à nomine lapidem. Estq; prior genitivus subiecti: lapis anguli, id est, qui positus est in angulo.

7 Quum canerent simul stellae matutinae] Per stellae matutinas intelligo angelos partim ex collatione membri sequentis, ubi haec stella per exegesein nominantur filii Dei: partim ex veritate historia, quia quum terra crearetur, videlicet die primo, tum stella nondum erant: quippe quae die demum quarto creatae sunt. Vocantur autem angeli stellae matutinae per metaphoram, propter pulchritudinem qualis cernitur in stella matutina, quae dicitur lucifer seu phosphorus. Pari ratione sancti angeli à Paulo nominantur angeli lucis 2. Cor. 11. v. 14. De stellis vero proprie dictis narrabitur infra v. 31. 32. & 37. Quum canerent] Quum lato cantu celebrarent Deum propter terram creatam, tanquam materiam à qua creaturus esset reliquas mundi partes. Stellae matutinae] Heb. stella mane, id est, matutini temporis. Genitivus adjuncti: id est, quae oriuntur tempore matutino. Talis autem stella est unica, nempe lucifer seu phosphorus: quae solam orientem antecedit: vestigiis autem eundem occidentem sequitur: unde tunc nomine mutato hesperus nominatur. Alias nominatur stella Veneris. Plurali autem numero hic respicitur ad multitudinem angelorum. Et cui vociferati sunt] Verto, Et quum jubilarent. In Hebraeo subauditur **וַיִּשְׁבְּחוּ** caascher, ex analogia litterae **ב** bachlam in membro precedente, quae notatur tempus. Est autem syntaxis variata, nempe ex infinitivo in futurum. Cujus exempla habuimus & supra. Hac interpretatio confirmatur ex collatione membri praecedentis. Apparet enim eandem sententiam verbis diversis repeti. Filii Dei] Id est, angeli. Ut supra cap. 2. v. 1.

8 Aut] Heb. Et. Sensu bene expresso, quia narratur aliud Dei opus. Et conjunctione Aut usus fuit Dominus supra v. 5. & 6. quum narraret diversae adificationis. Quis] Hac vox rectè dñi 191. v. 10. repetitur ex v. 5. & 6. Innuit autem hac interrogatione Deus, se solum esse qui istud fecerit. Oculis] Heb. texit. Metonymia effecti. Oculis valvis] Id est, continuit atq; cohibuit ne disfluere, sed sese contineret in sua circumferentia circa terram & centrum illius. Hoc fecit immediate Spiritus Dei, ieste Mose incubans aquis, Gen. 1. v. 2. Metaphora à valvis quibus tanquam obicibus ocluduntur & cohibentur aquae in molestinis. Hinc iudico esse genuinum sensum horum verborum: non autem ut per valvas seu fores hic intelligatur arena in littore maris, de qua loqueretur in fine versus decimi. Hanc autem expositionem ipse ordo sententiarum confirmat. Hic enim & versus sequente sermo est de opere diei primi, ut patet ex collatione cum verbis Mosis Gen. 1. v. 4. Versus autem 10. & 11. ubi narratur de terminis maris, sermo est de opere diei tertii, ut patet ex collatione cum verbis Mosis Gen. 1. v. 9. & 10. Quum ederem &c.] Verto, Quum erumperet, quum ex utero prodiret. Sensus est, quum crearetur. Rursum hic subauditur **וַיִּשְׁבְּחוּ** caascher, precedente **ב** bachlam; ut versus precedente. Ex utero] Id est, à decreto meo. Metaphora à partu infantis: quae continuatur versus sequenti.

9 Nubem] Videlicet caliginosam, ex collatione membri sequentis. Moses vocat tenebras, per metonymiam adjuncti, Gen. 1. v. 2. ubi ait, tenebras fuisse super abyssum. Indumentum] Metaphora. Caliginem] Id est, nubem caliginosam. Cunabula ejus] Verto cum Mercero, fascias ejus, Seine windeln. Hoc enim magis respondet vocabulo indumenti, quod praecessit. Et ipsa origo vocis hanc versionem postulat. nam nomen **חֲתָנָה** hhatullah ortum est à verbo **חָתַן** hhatthal, quod significat involvere fasciis seu linteo, quem admodum solent involvi recens nati infantes: ut percipitur ex Ezech. 16. 4. Formatur autem istud nomen sicut **פְּקֻדָּה** pekudáh, praefectura, à **פָּקַד** pakád, visitavit.

10 Quum diffregi] Verto, Quumq; diffregi. Ita ut **וַיִּשְׁבְּחוּ** caascher suppleatur post **ב** bachlam praecedens: sicut v. 7. Quum diffregi terram] Scilicet faciendo alveos in quos aquae pars se reciperet: quum antea tota occuparet terram. Confer Gen. 1. v. 9. & 10. Psal. 33. v. 7. Porro vocabulum terra rectè hic suppleri, tum ipsa historia veritas, tum propria significatio verbi **וַיִּשְׁבְּחוּ** schabar evincit. Itaq; alii non rectè cum verbo illo construunt vocem **וַיִּשְׁבְּחוּ** hhukkí. Decreto meo] In Hebraeo desitit praepositio **ב**. **וַיִּשְׁבְּחוּ** hhukkí, pro **וַיִּשְׁבְּחוּ** behhukkí. Apposui] Heb. posui. Vectem & valvas] Id est, arenam in littore sitam: ut explicatur Jerem. 3. v. 22. Vide etiam Psal. 104. v. 9. Metaphora.

11 Hucusque venies] Id est, venire tibi licebit. Nempe usq; ad litus. Et ne procedito] Heb. Et non addes: id est, non perges: scilicet venire seu procedere ulterius. Hoc est, ne pergitio. Opponet se litus superbiae] Pro, litus, suppleo, arena: tum ex collatione verborum Jerem. 3. v. 22. tum ex forma verbi **וַיִּשְׁבְּחוּ** jashish: quod quum sit generis masculini, commodè subauditur nomen **חֵל** hhol, id est, arena. Nomen autem litus suppleri commodè non potest: tum quia nullum exstat in Hebraeo sermone nomen quod ei respondeat: tum

quod appellatio ejus Hebraica, videlicet **סָפָה** sapháh, quae propria significat labium, generis feminini est: nec usurpatur ad significandum litus nisi adjuncto nomine **בַּיַּת** jam, ita ut dicatur labium maris: quae periphrasis hic locum non habet, quippe quae gigneret ineptum sermonem: videlicet. Hic opponet se labium maris superbiae fluctuum tuorum, ó mare. Opponet se superbiae] Heb. ponet se contra superbiae: praepositione **כ** significante Contra. Contra superbia fluctuum tuorum] Id est, contra superbos sive elatos fluctus tuos. Elegans metaphora. Confer Psal. 89. v. 10.

12 An unquam praecipisti matutino tempore] Id est, An unquam gubernasti solem ut oriretur, atq; ita tempus matutinum efficeret? Metaphora & Metonymia effecti. Unquam] Heb. à diebus tuis: id est, inde ab initio viae tuae. Notum fecisti] Repete, An unquam. Aurora] Id est, soli orienti.

13 Ut carperet] Verto, Ut apprehenderet. Oras] Extremitates. Heb. alas. Metaphora. Quum excutiantur] Verto, Et ut excutierentur. In Hebraeo desitit vox **וַיִּשְׁבְּחוּ** lemáhhán: quae praeponi solet futura, sicut **וַיִּשְׁבְּחוּ** bachlam praefigitur infinitivo. Est itaq; hic syntaxis variata: ut supra aliquoties. Sensus autem horum verborum est, Ut improbi die exorto trahantur ad iudicia, & ibi damnantur, ac proinde à terra excutiantur per supplicium capitis. Synecdoche duplex: una membri, quatenus cum supplicio intelligitur causa proterans illius, videlicet damnatio iudicium: altera generis, quatenus per excussorem intelligitur supplicium capitis. nam potest quis à terra excuti etiam per exilium: sed illud poena generis non videtur fuisse apud veteres illos usitatum. Adhuc metaphora est in verbo excutiendi.

14 Utea mutata &c.] Verto, Ut mutaretur ea sicut lutum cui sigillum imprimitur: & sifterentur illi tanquam velati indumento. In principio versus subaudienda est vox **וַיִּשְׁבְּחוּ** lemáhhán, ex collatione membri posterioris in verso precedente. Pronomen vero, Ea, scilicet terra, non est quidem in Hebraeo expressum, sed latet in forma verbi, quod est generis feminini, & refertur ad nomen **אֶרֶץ** éreí, quod habetur versus precedente. Sicut lutum cui sigillum imprimitur] Heb. Sicut lutum sigilli. Genitivus adjuncti. Sensus est, Sicut lutum naturá suá informe nullamq; figuram impressam habens, mutatur sigillo impresso & figuram sigilli in se recipit: sic terra quae noctu propter tenebras quasi informis erat: sole ex orto quasi figuratur, id est, figuram sibi impressam ostendit. Sifterentur] Scilicet iudicio. Illi] Improbi: quorum facta mentio versus precedente. Tanquam velati indumento] Ut moris erat velari fontes. Vide exemplum Hamanis, Esther 7. v. 8. Item exemplum Susanna in Adfectionibus ad Daniele cap. 13. v. 32. In Hebraeo ante nomen **וַיִּשְׁבְּחוּ** lebhísch, quo significatur indumentum, subauditur participium **וַיִּשְׁבְּחוּ** bhaphujé, id est, velati.

15 Ut prohiberetur] Verto, Et ut prohiberetur. Rursum subaudienda vox **וַיִּשְׁבְּחוּ** lemáhhán, ut versus precedente. Lux eorum] Id est, latitia eorum: vel materia latitia: puta vita, valetudo, divitiae, honores. Metaphora & metonymia. Brachium elatum] Potentia & superbia improborum. Metonymia metaphorica.

16 Profunditates] Verto, scaturigines. Heb. plorata, id est, lachrymas. Metaphora. Nam sicut lachryma manant & quasi scaturiunt ex oculis: ita scaturigines maris manant & scaturiunt à terra. Aut] Heb. Et. In penetrali] Id est, in imo. Heb. in per investigatione. Id est, in loco qui magná per investigatione opus habet ut inveniantur. Metonymia effecti. Abyssus] Id est, maris. Sic supra cap. 23. v. 14. Eja. 51. v. 10. Inambulasti] Et conditionem illius loci cognovisti? Synecdoche membri metonymica, nam una cum effecto destinato intelligitur finis.

17 An revelatae sunt tibi portae mortis] Per portas mortis intelliguntur loca subterranea, eò quod ibi mortui sepeliuntur. Aut] Heb. &. Umbrae lethalis] Id est, umbra densissima, videlicet tenebrarum subterranearum. Heb. umbra mortis. Id est, tam terribilis ut morte alicui afferre posset. Genitivus effecti.

18 Considerastine] Verto, An intelligendo pervenisti. Eam totam] Malim, totum istud. Scilicet quod te interrogavi. Ita ut pronomen affixum femininum positum sit absolute seu neutraliter.

19 Quanam via &c.] Verto, Ubinam est via ad locum ubi habitat lux: & ad tenebras quod attinet, ubinam est locus earum? Sensus est, Tu ignoras locum unde ego lucem & tenebras initio produxi. Id est, ignoras quomodo illa creaverim. Vide Gen. 1. v. 2. & 3. Ubinam &c.] Heb. Ubi jam. Sic mox iterum. Et ad tenebras quod attinet] Heb. Et tenebrae. Nominativus absolute positus.

20 Unumquodque horum usque ad terminum suum] Verto, eam usq; ad terminum ejus. Eam, scilicet lucem. Semitas domus ejus] Semitas quibus itur ad domum ejus: nempe lucis.

21 Novetis] Quasi dicat, tum demum novetis. Te jam tum natum fuisse] Heb. quod tum nascebaris, id est, natus fuero: ac proinde potueris me in luce producenda juvare. Confer supra v. 4. Et numero dies tuos esse multos] Heb. Et quod numerus dierum tuorum sit multi, hoc est, multus seu magnus. Nomen adjectivum numero congruit cum substantivo posteriore. Cujus syntaxis exempla jam aliquot habuimus.

22 Thesauros] Id est, apothecas seu promtuaris. Metaphora. Sic mox iterum. Sic Psal. 105. v. 7. dicitur, Depromnis ventum à the-

factus fuit. Aut in thesauros grandinis inspectionem habes? Vero simpliciter, Aut thesauros grandinis vidisti? In Hebraeo nulla est ellipsis. Et futurum suscipit significationem prateriti propter praecedens prateritum.

23 Quae] Verto, Quam. Scil. grandinem. Hac expositio confirmatur a sequentibus. Cohibeo] Scil. in thesauro meo. Id est, refero. Ulque ad tempus angustiae] Id est, quo statui angustia afficere homines. Exemplum vide in Aegyptiis, Exod. 9. v. 18. & seqq. Ad diem conflictus & belli] Exemplum vide in Amoreis pugnantibus cum Israelitis, Jos. 10. v. 11.

24 In partes dissilit] Heb. dividitur: id est, dividi solet. Lux] Verto, fulgur. ut supra cap. 37. v. 3. Synecdoche generis. Dispergente Euro] Verto, Et quae dispergit Euros. Scil. nubes.

25 Inundationis] Id est, imbri. Aqueductum] Verto, canales suos. Heb. aqueductum, seu imbrium. Collectivum. Et] Repete, Quis dividit? Scil. prater me. Nimbo sonoro] Heb. nimbo vocum. Porro nomine מִיָּן hbas significari nimbium, percipitur tum ex collatione membri praecedentis, tum ex collatione verborum quae habentur Zach. 10. v. 1. Alii reddunt fulgur seu fulgetrum, quasi ortum sit hoc nomen a verbo מִיָּן hbasab, videlicet.

26 Demittendo pluviam] Heb. pluviae faciendo; vel pluendo, significatione transitiva. In terram] Verto, super terram. Vacuam viro] Verto, In qua non est quisquam. Quisquam] Heb. vir. Synecdoche speciei. Quisquam: qui scil. possit rigare. In desertum] Verto, Super desertum. In quo non est homo] In Hebraeo deficit relativum מִיָּן hbasab, videlicet.

27 Ut satiet] Id est, abunde irriget. Metaphora, qualis in illo, Sat prata bibere. Vastatum & pervastatum locum] Heb. Vastationem & desolationem. Metonymia adjuncti. Effratque productionem] Heb. germinare faciat exitum.

28 Pluviae] Dativo casu. Estne pluviae pater? Id est, Habetne pluviae patrem? Quasi dicat, Non. Sed ego illam creo. Aut quis] Scil. nisi ego. Genuit] Malim, gignit. Id est, gignere solet.

29 Utero] Verto, Ventre. Egredia est] Verto, egreditur. Aut] Heb. &. Pruinam caeli] Pruinam a calo, id est, aere delabentem. Genuit] Verto, gignit.

30 Tanquam lapide &c.] Verto, Quis facit ut similes lapidi reddite aqua sese abscondant, & ut superficies abyssi constringatur? In Hebraeo deficiunt haec voces, מִיָּן hbasab ki. Sese abscondant] Nam quum aqua instar lapidis induruit, aqua nulla ibi apparet. Abyssi] Id est, maris. ut supra v. 10. Constringatur] Heb. sese capiat.

31 An confringes delicias Pleiadum] Id est, Poterisne impedire exoriturum Pleiadum, atque ita delicias quas sidus illud exoritur suo efficit: dum scil. aperit terram, ut inde germinet herba ac flores, & ut arbores quoque germinet: item ut aer parumper incalascit. Pleiades (alii Vergilia) sunt septem stella in fine arietis. Exoritur autem hoc sidus in principio veris. Aut lora Orionis dissolves? Id est, Potesne impedire quo minus oriatur Orion, & ortu suo frigus efficiat quo terram tanquam loris constringat? Sidus hoc oritur in principio hyemis. Lora] Vox Hebraea מִשְׁכַּח מִשְׁכַּח moshchechot habet formam Benoni a verbo מִשְׁכַּח moshchech, traxit. Itaque nonnulli subaudiunt substantivum כֹּחַ cohhot, id est, vires seu facultates, quasi dicatur, facultates attrahentes. Sed quia nomen מִשְׁכַּח cohh in plurali nusquam habet scriptura: praestat ex antithesi vocem hanc interpretari ut nomen substantivum quo significantur vincula. Vincula enim contrahi solent. Dissolves] Heb. aperies.

32 Remotiora signa] Pro, signa, malim, sidera. Heb. separationes, מִיָּן massaroth, a מִיָּן nasar, separavit. Id est, sidera a nobis qui sub polo Arctico degimus (ut & Jobus) separata. Metonymia adjuncti. Sic autem vocantur sidera meridionalia: quae oriuntur in principio aestatis. Arcturum] Est stella insignis, quae oritur in principio autumnii. Cum filiis suis] Id est, stellis minoribus quae Arcturum circumdant, ut filii matrem. Elegans metaphora. Nota, particulam מִיָּן hbal hic valere מִיָּן hblm.

33 An cognoscis &c.] Verto, An nosti statuta calis? Id est, secundum quae gubernatur calum. An disponere potes] Heb. An pones. Nota מִיָּן im hic valere An: quia praecessit ה interrogativum. Dominatum ejus] Verto, gubernationem ejus. Heb. praefecturam ejus, מִיָּן moshchot: a nomine מִיָּן moshchot, praefectus, quod praefectus significat. Et nota, pronomen affixum singularis numeri refert ad nomen מִיָּן moshchot, quod est numeri dualis: quia numerum per illud res una significatur. Dualis autem numeri videtur esse illud nomen ex eo, quod quacumque in parte orbis terrarum aliquae consistat, calum ei per horizontem in duas partes dividitur, quarum alteram supra se habet, alteram infra. In terra] In quam scilicet calum per influentiam stellarum agit, eamque varie afficit.

34 An attollere potes ad densam nubem vocem tuam] Id est, An potes mandare nubi. Metonymia effecti destinati, vel synecdoche generis. Densam nubem] Verto simpliciter, nubem. Abundantia] Abundantia, copia.

35 Emittere] Scil. a nubibus. Ut abeant] Heb. Et abibunt. An dicent] Verto, Ut dicant. Heb. Et dicent. Ecce nos] Id est, Parata

sumus ad exsequendum mandata tua. Metaphora illustris, quam nonnulli prosopopoeiam nominant.

36 Quis indidisset] Verto, Quis indidit? Quasi dicat, An non ego? Heb. Quis posuit in praecordiis sapientiam? Vendidisset] Verto, dedit. Meni] Sive cordi. Nomen מִיָּן sechvi deducitur a verbo inusitato מִיָּן sachah, quod videtur significare Aspicere: nam nomina inde deducta מִיָּן sechyah & מִיָּן moshchah significat, ex eo quod soleat aspicere. Itaque, cor sic dictum videtur quod aspiciat seu contempletur imagines seu species a rebus abstractas.

37 Quis sapphirinas efficit nubes] Verto, Quis sapphirinum reddat calum sapienti? nam nomen מִיָּן sebhakim non significat nubes, sed calum, ex origine ejus & nativa significatione patet, a verbo scilicet מִיָּן sebhak, quod significat comminueret: unde מִיָּן sebhak pro tenuissimo pulvisculo. Ceterum vox מִיָּן sebhak, (qua usitate significat, numerabit) hic suscipit significationem novam & inusitam, desumptam a nomine מִיָּן sebhak, quod significatur gemma quam Latini sapphirum nominant. Quam interpretationem postulare videtur antithesis, quum additur, Et lagenas caeli quis collocet? Ut sensus sit, Quis calum nunc serenum ac sudum, nunc vero nubilum reddat? Utres] Verto, lagenas. Per lagenas autem cali intelliguntur nubes, quia in illis tanquam in lagenis continetur aqua quam effundunt. Prosternat] Verto, Collocet. Scil. in calo. Heb. jacere facit.

38 Ut perfusio &c.] Verto, Ut fermentetur pulvis ad perfusionem, & ut glebae conglutinentur. Vocem מִיָּן betseketh cum Tremellio & Junio verto fermentationem, a verbo מִיָּן batsék, quod significat fermentari atque intumescere. Et suppleo praefixum מִיָּן bachlam: quasi dicatur מִיָּן libseketh, ad fermentationem. Alii deducunt a מִיָּן jatsak, fundere: ut sit infinitivus cum מִיָּן bachlam, In fundendo: id est, Quum funditur. Ad perfusionem] Id est, Quum fuerit pulvis perfusus aqua a lagenis illis effusa. Et ut glebae conglutinentur] Hic suppleendum in Hebraeo מִיָּן le-mahhan, quia sequitur verbum futuri temporis. Estque syntaxis variata: cuius multa jam exempla habuimus.

SCHOLIA IN CAP. XXXIX.

AN venari potes] Heb. An venaberis. Immanibus leonibus] V. n. Heb. מִיָּן labi. Immani leoni. Collectivum. Sed verto, Venari leoni: quia mox opponuntur מִיָּן kephirim, juvenes leones. Aut] Heb. Et. Catervam] Malim, appetitum. Heb. Viam, מִיָּן hhaiah: quae vox in hoc libro usurpatur ut infinitivus nominis מִיָּן nephesch, id est, anima. Nomen מִיָּן nephesch interdum pro desiderio seu appetitu ponitur. Alioquin verum est, nomen מִיָּן hhaiah interdum significare catervam, sed quum de hominibus sermo est: ut Psal. 68. v. 31. Perde catervam arundinis, id est, hastatorum. Explere potes] Heb. explebis.

1 Incurvant se] Scil. ad insiliendum in pecudem transeuntem. In artibus suis] Verto, in lustris suis. Heb. in habitaculis. Synecdoche generis. In Hebraeo pronomen non est expressum sed notatum per articulum. Confident] Verto, Quum manent. Heb. sedebunt. In rurgio] Verto, in inguriis suis. Id est, in spelanciis suis. Metaphora. Et numerus singularis posuit collectivum, & pronomen notatum per articulum.

3 Quis compatat &c.] Verto, Quis parat corvo escam suam, quum pulli ejus ad Deum vociferantur: quumque oberant penuria cibi? Quis] Scil. nisi ego. Parat] Heb. Parabit. Id est, parare solet. Corvo] Id est, corvus. Collectivum. Escam] Vox Hebraea מִיָּן tsaid proprie significat venationem: deinde per metonymiam adjuncti, cibum venando captum, a מִיָּן tsaid, venari. Pulli] Heb. nati. Ad Deum vociferantur] Vociferando opem Dei quasi implorant. Metaphora מִיָּן oberant. Oberant] Nempe circa nidum, deserti a matre. Refert Mercerus, eos qui naturalem historiam scripserunt, tradere, corvum pullos suos recens natos, quod albescant, per aliquot dies relinquere solum, donec nigrescant; & e nido excludere. Item esse qui dicant, muscis genitis ex putrefactione stercore eorum in nido alios, dum in os eorum a Domino inferuntur. Penuria cibi] Heb. Propter non esse cibum: id est, propterea quod non sit eis cibum. Praepositio מִיָּן hic valet Propter: & subaudiunt verbum מִיָּן hejoth, esse.

4 Possisne noscere] Verto simpliciter, Nostine. Tempus quo pariunt] Heb. tempus pariendi. Rupicapra] Heb. caprea petra: id est, quae degunt in petris. Gemsem. Alii ibices vocant. מִיָּן jehbelim dicti videntur a scandendo, quod scandant altae petras, a verbo מִיָּן hhalah: quod significat ascendere. Quo enituntur &c.] Verto, An tempus quo partiuntur corvo, observasti? Heb. An tempus partiendi &c. Verbum מִיָּן hholel proprie significat parturire, vel parere, vel eniti cum dolore: est infinitivus pibi a מִיָּן hhal, dolere. Et futurum מִיָּן theschmor suscipit significationem prateriti propter praecedens prateritum.

5 Numeres] Verto, An numerasti. Mentes] Heb. lunas. Metonymia

15. *Efficientis. nam luna suo ambitu efficit menses. Quos complent* Scilicet. *cervae uterum gestantes. Synecdo. generis. Noicas* Verto, *Et nostine. Tempus partus earum* Verto, *tempus quo pariunt. Heb. tempus pariendi eas.*

6. *Ut incurvent &c.* Verto, *Nostine tempus quo incurvant sese, & pullos suos cum diffissione enituntur, & dolores suos emittunt* Cum diffissione enituntur] Heb. diffundunt. Dolores suos] Id est, foetus suos quos cum dolore parturiunt. Metonymia adjuncti. Vox **חבלים** hhabalim proprie significat funes; per metaphoram dolores, ac inprimis parturientium dolores, quibus ille tanquam funibus constringuntur. Unde Germani illos vocant *Kindsbände*; & quum mulier enixa est, dicunt, *Sie seye entbunden.*

7. *Revalefunt* Verto, *Nihilominus revalefunt. Et sic deinceps. Crescunt, revertuntur. Quasi dicat, Etiam si cervae pullos suos cum maxima difficultate pariunt, ita ut illi recens nati imbeciles & languidi sint, tamen revalefunt &c.* Nati] Heb. filii. Per agrum] Malim, Ex frumento. Heb. **בבאר** babar. Nomen **באר** Hebraice frumentum, Syriace agrum vel campum significat. Egressi non revertuntur] Heb. egrediuntur, & non revertuntur.

8. *Ferum animal* Heb. **פֶּהֶר** phere: quo nomine significatur onager: qui mox alia voce nominatur **חֲרֹד** hharod & lingua Syriaca. Sed Latini hic solum onagri nomen habent. Ego ad variandum sermonem sic malim hoc loco vertere, *Quis dimisit onagrum liberum: & lora asini sylvestris quis solvit? Sanè a nomine פֶּהֶר phere videtur ortum Latinum fera, ex eo quod onager feritate antecellit. Lora asini sylvestris quis solvit* Id est, (ut modo dixi) *Quis eum liberum dimisit? Neq; enim asini sylvestres loris se vinciri patiuntur. Synecdoche speciei* **חֲרֹד** hharod. Solvit] Heb. aperuit.

9. *Cui disposui &c.* Verto, *Id quod investigat in montibus, est pascuum ejus: & omnia viridia inquitur. Id quod investigat in montibus* Heb. Investigatio montium. Metonymia adjuncti, & genitivus subiecti. Omnia viridia inquitur] Heb. Post omne viride inquitur. Omnia viridia] Id est, omnis generis herbas.

10. *Ridet Irridet. Id est, contemnit. Metonymia effecti, & metaphoræ* **חֲרֹד** hharod. Multitudinem] Malim, strepitum: quia mox sequitur, *fragores. Urbis* Hominum qui degunt in turbe. Metonymia subiecti. Fragores exactoris] Id est, clamores quibus exactor homines & jumenta urget ad opus faciendum. Non exaudit] Id est, contemnit; non obedit istis clamoribus.

11. *Exploratorem &c.* Verto, *Id quod investigat in montibus, est pascuum ejus: & omnia viridia inquitur. Id quod investigat in montibus* Heb. Investigatio montium. Metonymia adjuncti, & genitivus subiecti. Omnia viridia inquitur] Heb. Post omne viride inquitur. Omnia viridia] Id est, omnis generis herbas.

12. *An volent unicorns servire tibi* Quasi dicat, *Nequaquam. Unicornis* Usitate monoceros dicitur, nomine Græco. Pernoctabitne] Vocula **אֵין** im hic valet, *An*: quia præcedit interrogativum. Ad præsepia tua] Vel, ad præsepe tuum. Est enim duplex lectio. Ad sensum nihil interest. Magis tamè videtur quadrare numerus singularis. Nota, voculam **עַל** hhal hic valere juxta, vel Apud.

13. *Ad atationem* Heb. ad portam. Metonymia effecti. Et nota, præpositionem **ב** hic notare motum ad locum, atq; adeo finem: ut supra cap. 24. v. 5. dicitur de onagris quod in deserto prodeant ad opus ipsorum **בְּפֶהֶלֶם** bephoholam: id est, ut faciant opus suum. Denso fune ejus] Id est, fune ei destinato, seu ad eum ligandum facto. Genitivus subiecti. **בְּחֹבוֹ** hhabotho pro **בְּחֹבוֹ** babbabotho: deficiente præpositione **ב**. Occarètene] Rursus **אֵין** im valet. An post **אֵין** interrogativum. Convalles] Puto vertendum, sulcos. nam nomen **חֲמֶק** hhemek est usitate significat vallem: tamen in genere significat profunditatem seu locum profundum, à verbo **חָמַק** hhamak, profundum esse. Sulcus autem à Latinis nominatur profundior illa agri arati pars, ad cuius latera sunt porca, id est, tumuli arando effecti ex glebis & sulco proficis. Post te] Scilicet, incedendo & occam trahendo, te præcitem sequendo.

14. *An fides* Aus hic legendum, fidas: aut in membro sequente, relinques: sic postulante analogia sermonis. An fides ei] Heb. An confides in eo. Quod in vertendo potest retineri. Est autem hoc dictum per synecdochen generis. Sensus est, *An confides in monocero, quod tibi araturus & occaturus sit. Multa* Seu magna. Vis] Robur. Malim, *Quia magna sunt vires ejus.* **חֲבִיב** cobab significat proprie vigorem illum corporis animalis qui consistit in humido radicali: ut percipitur ex verbis Psalmi 22. v. 16. *Arui ut testa via mea,* **חֲבִיב** cobab, vigor meus. Aut] Heb. &. Relinquas ei] Concedes ei, committes ei. Scilicet, gestandum aut vehendum. Laborem tuum] Id est, fruges tuas demessas & labore tuo partas. Metonymia efficientis. Ei] Heb. Apud eum.

15. *Credēsne ei* Heb. *Confidēsne in eo. Sed hic aliud verbum est quam in principio versus præcedentis. Relaturum esse sementem tuam* Hoc bisariam intelligi potest: vel, arando & occando effecturum esse ut sementem tuam seu semen in agrum jactum recipias, hoc est, ut accipias segetem & semine natam: vel, gestando aut vehendo segetes illas demessas relaturum esse in horreum tuum. Posteriori expositioni favet membrum sequens: priori verbum **יָשִׁיב** jasehib, reverti faciet seu reddet. Relaturum esse &c.] Heb. quod reddet & colliget &c. Sementem tuam] Heb. semen tuum. Id est, fruges tuas. Metonymia materia. In arcem tuam] Heb. **בְּגִבְרִיךָ** vegornecha, pro **בְּגִבְרִיךָ** ubegornecha: deficiente præpositione **ב**, vel **ל**.

16. *Alamne &c.* Verto, *An fecisti alam parvorum exultandam? an pennam ciconia aut struthiocameli? Quasi dicat, Non tu fecisti illa, sed ego. Ne cui autem supplementum illud, An fecisti,* **הַעֲשִׂיתָ** hahasitha, videatur audax: duo observanda sunt: primum voculam **אֵין** im in membro posteriore, postulare ante se interrogativum: deinde illi **אֵין** interrogativum nullum commodius verbum hic addi posse quam verbum faciendi: quia hic de opere quodam creationis sermo habetur. Verbum dandi non adeo huc quadrat, quia in Hebræo abest præpositio **ב** ante nomina illa. Infra autem v. 22. verbum illud exprimitur, sed sequente **אֵין**. An dabis equo robur? Alam] Id est, alas. Collectivè. Exultandam] Propter quam illa exultat, quia videt pulchram esse. An] Heb. **אֵין** im. Aut] Heb. Et. Pennam] Id est, Pennas. Collectivè. Struthiocameli] Vox Hebraea **נִצְרָה** notsah aliàs significat plumam: sed hic, ut patet & sequentibus, significat struthiocamelum, id est, avem insignibus plumis ornatam. Putabam antehac per ellipsin hic omisum nomen avis, ut integrum sit, *Avis pluma: id est, insigniter plumata. Sed nullum nomen avis Hebraicum cum verbis sequentibus, quæ omnia generis feminini sunt, congruit: quia omnia illa sunt generis masculini, præter nomen פִּיפּוֹר pippor: sed illud respuit ipsa struthiocameli natura, ut qui sit avis grandis: per פִּיפּוֹר pippor autem significatur avis parva, & quidem plerumq; passer. Quidam posterius membrum hujus versiculi sic vertunt, An pennam struthiocameli & plumam? putantes nomen חֲסִידָה hhasidah quod usitate ciconiam significat, sic dictam à beneficentia, quasi beneficam dicas, à nomine חֶסֶד hhesed, id est, beneficentia: hic significare struthiocamelum per antiphrasin, eò quod avis illa minimè sit benefica, ut qua labores singularem aegre erga factum suum. Sed series vocum & distinctio Hebraica videtur istam interpretationem respuer.*

Quum ergo nomen חֲסִידָה hhasidah hic non significet struthiocamelum, & tamen in proxime sequentibus verbis struthiocamelus describitur, tanquam modo dictus: necesse est ut significetur ille per nomen נִצְרָה notsah: quia aliud hic non habetur per quod significari possit.

17. *Qui relinquit &c.* Verto, *Quum relinquit ille in terra ova sua, & in pulvere ea calefacit: obliviscitur pedem compressurum esse illa, & bestiam agrestem conculcaturam illa. Hæc est genuina connexio duorum istorum versuum, quibus continetur enuntiatum relativum temporis, cuius antecedens habetur v. 17: consequens versu 18. Itaq; vocula **כִּי** ki in principio versus 17. valet, Quum, vel Quando: conjunctio autem copulativa in principio versus 18. valet Tum: sed in Latino sermone elegantius omittitur. Et talis sententiarum connexio est Hebræis usitata.*

18. *Pedem compressurum esse* Heb. quod pes comprimet. Sic mox, *Quod bestia agrestem conculcaturam illa* Heb. illud. Id est, unumquodque ex illis. Ubi observandum, pronomen relativum in Hebræo esse generis feminini: quia refertur ad nomen נִצְרָה notsah, ovum: quod est generis feminini. Licet in plurali sit generis masculini, **בֵּיטִים** betsim. Sicut **אֵמָה** emah **אֵמִים** emim.

19. *Deus terefaciens &c.* Verto, *Obdurat se erga pullos suos, quasi non essent sui: in vanum abijt labor ejus ex vacuitate pavoris. Obdurat* Hic est anomalis generis. nam verbum est generis masculini: nomen ad quod refertur, est generis feminini. Pullos] Heb. filios. Quasi non essent sui] Heb. Ad non essendum ei. Labor ejus] Quem suscepit in pariendo. Ex vacuitate pavoris] Heb. Ex non-pavore. Ponitur autem **בְּלִי** beli pro **בְּלִי** mibbeli. Ubi præpositio **ב** id est, Ex, idem valet quod Propter, notans scilicet causam efficientem.

20. *Destituit* Heb. oblivisci fecit. Eam] Vertendum, Eum. Scilicet struthiocamelum. Interim relativum pronomen in Hebræo est generis feminini: quia refertur ad nomen נִצְרָה notsah, quod est generis feminini. Istam intelligentiam] Verto, De intelligentia. Ubi præpositio **ב** valet De vel Ex, & notat partem. In qua significatione reperitur & alibi: ut videre est Exod. 14. v. 28. Lev. 22. v. 4. Psal. 80. v. 6.

21. *Quo tempore* Verto, *Quum tempus est. Videlicet, quum eum eques vult venari: ut percipitur & sequentibus. Heb. In tempore. Cum articulo. עִם im. In excelsum extollit se] Nempe intercurrentum. nam non prorsus in sublime evolat. Ridet] Irridet. Id est, contemnit, eludit eum, frustratur eum spe sua, dum non patitur se capi. Equum] Scilicet insequentem. Sessorem ejus] Venantem.*

22 Darésne equo &c.] Quia proximè mentionem fecit equi, ea occasione nunc transit ad naturam ejus explicandam. Darésne] Heb. An dabis? Id est, an dare potes? Quasi dicat, Minime: sed ego solus do equo robur. Tonitru] Id est, fremitu, vel hinnitu. Metaphora. In voce רעם rāhemah litera ר est paragogica, & in principio desinit ב. Regularis vox esset ברעם berāham.

23 An tremefaceres eum? Quasi dicat, Minime id poteris. Gloriam ronchi &c.] Verto, Imò magnificentia ronchi ejus terrorem est. Heb. terror est. Metonymia effecti.

24 Pedes] Adde, ejus. In convalle] Verto, in scrobe. nam nomen פס hōmek est usitate valem significat, tamen in genere significat profunditatem seu locum depressum: hic autem planum est, sermonem esse de scrobe quam equus pedibus cavat. Ita supra v. 13. nomen פס hōmakim significat sulcos. Præ virtute] Verto, Propter vires. De nomine hoc פס cōabb dixi ad versum 14. Propositio ב. hic valet Propter. Propter vires] Scil. suus. Prodiens] Verto, prodit. Heb. Exibit: id est, exire solet. Obviam armis] Heb. In occursum armorum.

25 Ridet] Deridet, contemnit. Pavorem] Res qua pavorem incutit hominibus, puta arma qua intentantur. Metonymia effecti, & synecdoche generis. Neque revertitur] Non retrocedit. Metu gladii] Heb. A facie gladii. Potest etiam verti, Propter gladium. Scil. intentatum.

26 Contra se &c.] Verto, Quum contra ipsum resonat pharetra, item lamina hastæ & lanceæ. In principio hujus versus subaudienda est particula כי, valens Cum seu Quando. Id quod percipitur ex collatione versus sequentis: ubi dicitur ברעם berāhamah, in fremitu: id est, Quum oritur fremitus. Pharetra] Occurrentis equitis. Lamina] Diefling. Heb. flamma. Metaphora.

27 In fremitu & commotione] Scilicet occurrentium hostium. Id est, Quum oritur ille fremitus. Fodit terram] Verto, abforbet terram. Id est, celeris cursu terram transmittit. Metaphora hyperbolica. Neque consistit firmus] Heb. Neq. firmum efficit. Scilicet seipsum: ita nimirum ut consistat. Vel, Neq. fidit. Id est, procurrit tanquam is qui non fidit. Editur] Vel, resonat: vel, auditur.

28 Ad sonum tubæ] Id est, Quum audit sonum tubæ. Heb. In sufficientia tubæ. Id est, Quum tuba sufficienter seu clarè sonat. Dicit] Vocem edit. Synecdoche speciei רעם & רעם. Ha ha he] Verto, Eugene: vox רעם hāhā rectè vertitur à nostris Psal. 35. v. 21. & Ezech. 25. v. 3. Est enim vox exultantis. At ha ha he est vox vel simpliciter ridentis, vel deridentis. Quum] Verto, Et. Tonitru] Id est, fremitum. Principum] Ducum in aciem prodeuntium. Vociferationem] Seu jubilationem.

29 Pennis utitur] Verto simpliciter, Volat. Pandit alas suas] Id est, volat. Metonymia effecti destinati, vel efficientis. Versus austrum] Versus plagam mundi australem seu meridionalem, in regionem scilicet calidam, ut ibi calore solis veteres pluma (sic enim tradunt) decidant, & nova renascantur.

30 An] Heb. אִם im. Ad præstitutum tuum] Sive, ad mandatum tuum. Heb. Secundum os tuum. Metonymia efficientis, & synecdoche generis. An certè &c.] Verto, Et sitne ex mandato tuo quod attollit nidum suum. Id est, in alto ponit, videlicet in altis petris.

31 Rupem inhabitat &c.] Verto, In petra habitat & pernoctat. In scopulo] in prominentia. Heb. Super dente. Metaphora à similitudine tum figura tum acuminis. Rupis] Petra. Et munitione] Verto, Et arcium. Heb. Et arcis. Collectivè.

32 Unde] Verto, Inde. oculis ejus intuentibus] Verto, oculi ejus intuentur.

33 Etiam] Verto, Et. Est] Heb. אִם.

34 Deinde &c.] Heb. Et respondit Jehovah Jobo, & dixit. Id est, spatio aliquo temporis interjecto, ut Jobo respondendi locum daret: tacente illo loquor perrexit, & illum respondere jussit.

35 Satisne] Verto, An is qui contendit cum omnipotente, erudit cum? Diversitas interpretationum oritur ex voce הָרֹב hārob: in qua nostri vocem רֹב rōb accipiunt ut nomen significans multitudinem, à verbo רָבַב rābāb, multum esse: ego verò cum Mercero accipio ut benoni à verbo רָבַב rāb, contendere. Sensus est, An verò tu, Jobe, qui mecum expostulasti & mecum contendere optasti, poteris me erudire aut convincere? Ago responde ad istud. Respondeat ad istud] יַהְיֵהנָה jahanēnah, pro יַהְיֵהנָה jahanēh lāh. Ellipsis propositiōnis.

36 Itaque respondens &c.] Heb. Et respondit Ijob Jehovah, & dixit.

37 Responsarem] Verto simpliciter, responderem. Quasi dicat, Nihil habeo quod respondeam, fateor me victum. Manum meam appono ad os meum] Id est, taceo. Metonymia effecti destinati, vel adjuncti signi.

38 Semel] Heb. unā vice. Sed] Heb. &. Bene expresso sensu, propter antithesin. Sic mox iterum. Non respondebo] Id est, non loquar. Scilicet amplius, in hac controversia. Aut iterum] Repe-te, loquutus sum. Heb. Et duabus vicibus. Non pergam] Heb. non addam.

EX v. 1. Ad rectam, convenientem atque utilem considerationem verbi Dei & doctrinæ celestis in eo traditæ preparati nos oportet sensu aliquo majestatis Dei: ut illum loquentem demissis animis ac reverenter audiamus.

2 Ex eodem versu. Sicut ad dirimendum controversiam inter Jobum & amicos ejus opus fuit Deum ipsum in medium prodire, & sententiam de utroque dictis ferre: ita videtur, controversias quæ hodie inter nos orthodoxos & adversarios nostros Pontificios atque alios vigent, non nisi per adventum Domini ad iudicium diremum iri. Quem interim nos patienter expectare oportet.

3 Ex v. 2. Qui in gubernatione Dei non acquiescunt, sed de illa conqueruntur & contra Deum murmurant: illi consilium Dei obtinebrant: id quod gravissimum peccatum est. Confer Rom. 9. v. 19. & deinceps. Itaque officii nostri est, iudicia Dei arcana admirari, Deique in illis sapientiam atque justitiam celebrare, idque exemplo Apostoli Pauli Rom. 11. v. 33. & seqq.

4 Ex v. 4. & deinceps, videlicet ex toto illo sermone Dei ad Jobum. Quum in operibus Dei, tum creationis tum gubernationis rerum creatarum, luceat infinita ejus potentia & sapientia, ac proinde summa majestas atque potestas: officii nostri est, opera illa diligenter considerare, & ex illis sapientiam, potentiam atque etiam bonitatem Dei cognoscere, sub majestate ejus nos humiliare, & justitiam ejus in gubernatione creaturarum prædicare.

5 Ex v. 4. 5. & 6. Stabilitas terræ testatur de potentia & sapientia summa opificis Dei.

6 Ex v. 7. Hic versus conducit partim ad cognoscendum, quo die creati sint angeli: partim ad exponendum verba Moysis de operibus creatis die primo, secundo & tertio. Ac primum ad angelos quod attinet, de illis hic dicitur quod cecinerint atque jubilaverint tunc quum Deus recens creasset terram, ex collatione trium versus præcedentium. Atqui Deus terram creavit die primo, teste Mose Gen. 1. v. 1. Ergo eodem die creavit & angelos: secus enim non potuissent tum canere atque jubilare. Jam si angeli creati sunt die primo, sequitur eodem die creatum quodque esse ipsorum domicilium, videl. æther summum, quod Paulus tertium nominat, 2. Cor. 12. Hinc caelum portò sequitur, vocabulo cæli Gen. 1. v. 2. intelligendum esse caelum illud summum: & quum Moses dicit, In principio creavit Deus caelum, nomine Cæli simul intelligi angelos, tanquam cæli illius incolæ. Hinc autem portò sequitur, in opere dici secundi vocabulo cæli non comprehendi tertium illud caelum, sed tantum primum seu infimum, id est, aërem: & secundum seu intermedium, id est, caelum stelliferum. Præterea sequitur & hoc, tertium caelum non esse factum ex aqua per expansionem, ut primum & secundum: sed ex nihilo, quo modo creata fuit etiam terra & aqua & lux. Quæ quum ita sint: retracto atque improbo quæ ante hoc tempus de his rebus aliter tradidi.

7 Ex v. 8. 9. 10. & 11. Hic locus conducit ad intelligendum narrationem Moysis de creatione maris. Moses dicit, tenebras fuisse in superficie abyssi: pro hoc dicit hic Deus, se mare induisse nubes, & in tenebras involvisse tanquam in fascias. Moses dicit, spiritum Dei incubavisse superficiem aquarum: pro hoc dicit hic Deus, se mare valvis clausisse, quum illud erumperet ex utero. Moses dicit, Deum dixisse, Confluant aquæ quæ sub cælo sunt in locum unum, & conspicua sit arida; & ita factum esse: pro hoc dicit hic Deus, se propter mare diffregisse terram, & vestem atque valvas ei posuisse. Porro ex dictis intelligitur, terram initio undique aquis circumdatam fuisse: sed postea partem illarum collectam fuisse in alveos quos Deus tunc in terra fecit: ita ut pars aliqua terræ aquis liberata, apta redderetur & ad producendum plantas, & ad habitationem præbendam tum hominibus tum terrestribus animalibus brutis. Ex quo & sapientia & potentia & bonitas Dei perspicitur.

8 Ex v. 10. & 11. Quod mare, quum sit corpus grave, & altius terra, ex alveis suis in terram non exundat: id potenti gubernationi Dei tribuendum est, quia illud veluti veste & valvis cohibet atque coërcet.

9 Ex v. 12. 13. 14. & 15. Notentur duo usus dici: unus, ut aspectu terræ recremur: alter, ut res serias agamus: quarum exemplum hic ponitur de improbis supplicio afficiendis.

10 Ex v. 16. 17. & 18. Quum non possimus pervestigare profunditatem maris, item profunditatem & latitudinem terræ: multo minùs poterimus pervestigare profunditatem decretorum Dei, itemque infinitam essentiam Dei.

11 Ex v. 19. 20. & 21. Origo lucis homini incomprehensibilis est: de qua dicit Paulus, Deum dixisse, ut è tenebris lux splenderet, 2. Cor. 4. v. 6.

12 Ex v. 22. & seqq. usque ad finem capitis. In consideratione meteororum & tempestatum, ut nivis, grandinis, fulguris, ventorum, pruinae, rosis, glaciei, pluviae: non debemus hæere in causis secundis: sed mentes attollere ad causam primam, videl. Deum: qui illa è thesauris suis profert, & mirabiliter creat.

OBSERVAT. EX CAP. XXXIX.

EX v.1. & seqq. usque ad 34. Vide observationem quartam ex cap. præcedente.

Corvi.
Gubernatio Dei.

2 Ex v.3. Quum Deus cibum procuret pullis corvorum, ne fame pereant: eonfiderare debemus, eum nobis quoque, tanquam filiis suis, multò magis & cibum & alia ad vitam sustentandam necessaria procuraturum. Vide Matth. 6. v. 26.

Dem.

3 Ex v.4. 5. & 6. In partu animalium insigniter elucet potentia Dei.

Deus Dei.

4 Ex v.8. & seqq. usque ad 16. Quum homo non possit domare onagros & monoceros: multò minùs poterit impedire quò minùs exsequatur Deus quod decrevit. Decrevit autem conservare ecclesiam suam. Ergo in illa delenda frustra laborant tyranni.

Dem.

5 Ex v.17. 18. & 19. *Aggria* struthiocamele monere nos potest ac debet de affectu materno Dei erga nos, quo fit ut nostri nunquam oblivisci velit: sicut promissit apud Elaiam cap. 49. v. 15.

6 Ex v.22. & seqq. usque ad 29. Quòd equi generosi ac fero- *Imago Dei.* ces ab homine se regi patiuntur, argumentum est reliquiarum imaginis Dei in homine. nam ante lapsum nulla fera imperium hominis detrectabat: ut colligitur ex eo quòd Adam omnibus terrestribus animalibus ad se adductis nomina imposuit, Gen. 2. v. 19.

7 Ex v.29. & 30. In accipitre & aquila proponitur nobis *Prudentia.* exemplum prudentiæ in procurandis iis quæ ad conservationem vel nostri ipsorum vel liberorum nostrorum pertinent. Sic Salomon ablegat pigros ad formicam, Proverb. 6. v. 6. & cap. 30. v. 25.

8 Ex v.35. Notetur testimonium de hominis infirmitate in *Gubernatione Dei.* judicanda gubernatione Dei. Cujus doctrinæ usus est, ut in gubernatione Dei tanquam iustis & sanctis acquiescamus. *Homo.*

9 Ex v.37. & 38. Exemplo Jobi, quum de errore atque peccato admoniti & convicti sumus, ingenuâ confessione gloriam *Confessio* *arbitri.* debemus dare Deo, & emendationem promittere.

CAPUT XL.

T. & J.

I. *Taq.* respondens Jehova à turbine Ijobi, dixit:

2 Accinge nunc ut vir lumbos tuos: quod interrogabo te, notum fac mihi.

3 An etiam irritum facies iudicium meum? condemnabis me, ut justus sis?

4 Aut an brachium ut Dei fortis est tibi? & voce ut ipse intonabit?

5 Orna te jam excellentia & sublimitate, gloriâ, & decore indus te.

6 Disperge indignationes iræ tuæ, & aspice quicquid est excellens, ac deice illud.

7 Aspice quicquid est excellens, deprime illud: & contunde improbos in loco suo.

8 Absconde eos in ipso pulvere pariter, faciem eorum obliga in abscondito.

9 Tunc etiam ego celebrabo te, quòd servet te dextera tua.

II. 10 Jam ecce elephantem quem feci tecum, qui fœnum ut bos comedit:

11 Ecce jam, inquam, vis ejus in lumbis ejus est: & robur ejus in umbilico ventris ejus.

12 Arrigit caudam suam sicut cedro: nervi testium ipsius in ramos absumuntur.

13 ossa ejus sunt viribus chalybeis, artus ejus veluti ferreo similes.

14 Hinc primario operi viarum Dei fortis, qui fecit ipsum, adhibuit gladium ipsius;

15 Quamvis proventum montes proferant ei, & omnes bestie agri ludant ibidem.

16 Sub umbrosis cubat: in occultis arundinum & cœni:

17 Tegunt eum umbrosa, quodque umbra sua, cingunt ipsum salices torrentis.

18 En comprimit flumen, ut non festinet: confidit se educturum Jordanem in os suum.

19 An in oculis ejus capiet eum quisquam: tendiculis perforabit narium?

P.

Iterum respondit Jehova Ijobi à turbine, & dixit:

2 Accinge nunc ut vir lumbos tuos: interrogabo te, & notum fac mihi. *I. Sup. 38. 1.*

3 An etiam irritum facies iudicium meum? an condemnabis me, ut justus sis? *I. Psal. 11. 4. Rom. 2. 4.*

4 Aut an brachium ut Dei est tibi? & voce ut ipse intonare potes?

5 Orna te jam excellentiâ & sublimitate: & majestate ac decore indu te.

6 Disperge indignationes iræ tuæ, & aspice omnem elatum, ac humilia illum.

7 Aspice omnem elatum, ac deice illum: & contunde improbos in loco ipsorum.

8 Absconde eos in pulvere pariter: faciem eorum obliga in abscondito.

9 Tunc etiam ego celebrabo te, quòd servet te dextera tua.

10 Jam ecce elephantem, quem feci tecum: fœnum ut bos comedit. *II.*

11 Ecce jam, vires ejus in lumbis ejus sunt: & robur ejus in umbilico ventris ejus.

12 Arrigit caudam suam sicut cedrum: nervi testium ipsius perplexi sunt.

13 ossa ejus sunt ut chalybs robustissima: artus ejus sunt ut massæ ferreæ.

14 Ipse principium est viarum Dei: qui fecit ipsum, applicuit gladium ipsius.

15 Sanè proventum montes proferunt ei: & omnes bestie agri ludant ibi.

16 Sub umbrosis arboribus cubat, in latibulo arundinum & cœni.

17 Tegunt eum umbrosæ arbores, ut sint umbra ejus: cingunt ipsum salices torrentis.

18 En rapit fluvium, nec festinat: confidit se educturum Jordanem in os suum.

19 An coram oculis ejus capiet eum quisquam? laqueis perforabit narium?

CAPUT XLI.

T. & J.

AN extrahas balanam hamo; aut funem quem demerseris lingua ejus?

2 An appones juncum in narium ejus: aut spinâ perforabis maxillam ejus?

3 An molles necesse apud te deprecationibus? aut alloquetur te mollioribus?

4 An panger sedus tecum? assidues eam servum perpetuum?

5 Ludésne eâ tanquam aviculâ? aut ligabis eam pro puellis tuis?

6 Apparabuntne convivium propter eam socii? dividunt eam inter mercatores?

7 An implebis harpagonibus cutem ejus? aut fuscina piscaria caput ejus?

8 Pone super eam manum tuam: meminisse belli ne pergito.

9 En spes ejus capiendæ mendax est: an etiam ad aspectum ipsius hominis deicietur?

10 Non est ferox, qui excites eam: quis ergo est, qui sistat se coram me?

11 Quis prævenit me, & rependam? quicquid subest toti caelo, taceam est.

12 Non filebo membra ejus, & sermonem de viribus, & gratiam dispositionis ejus.

13 Quis retegat superficiem vestis ejus: cum geminis habentis suis quis accedat?

14 Fores

P.

AN trahes cetum hamo? aut funem quem demerserit lingua ejus?

2 An pones juncum in narium ejus: aut spinâ perforabis maxillam ejus?

3 An multis uterur apud te deprecationibus? num alloquetur te mollioribus verbis?

4 An panger sedus tecum: ut accipias eum in servum perpetuum?

5 Ludésne eo tanquam aviculâ? aut ligabis eum pro puellis tuis?

6 Apparabuntne propter eum convivium socii? dividunt eum inter negotiatores?

7 An implebis harpagonibus cutem ejus? aut fuscina piscaria caput ejus?

8 Age pone super eum manum tuam: meminisse belli ne pergito.

9 En spes ejus frustrabitur. An etiam ad aspectum ejus prosterneretur?

10 Non est quisquam adeò ferox, ut excites eum. Quis ergo est qui coram me se sistat?

11 Quis prævenit me, ut rependere cogar? Quod sub totò *Rom. 11. v. 35.*

12 Non filebo membra ejus, & quæ pertinent ad vires, & ad gratiam dispositionis ejus. *Exod. 34. 1. Psal. 14. 1. & 50. 12. 1 Cor. 10. v. 26. 28.*

13 Quis retegat superficiem vestis ejus? cum duplicato fœno suo quis accedat?

14 Fores